Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Epistula ad sacerdotem

https://hdl.handle.net/1874/334040

In nomine domini amen

Incipit epistola beati bernardi ad sacerdotem

Virtutes theologice. Fides. spes caritas.

Virtutes cardinales. Prudencia. fortitudo. temperancia. iusticia.

Dona spiritus sancti. Sapiencia. intellectus. consilium. fortitudo. scientia. pietas. timor.

Septem beatitudines. Paupertas spiritus. mititas. luctus. esuries et sitis iusticie. misericordia. mundicia cordis. pax. persecucio propter iusticiam.

Fructus spiritus. Caritas. gaudium. pax. paciencia. longanimitas. bonitas. benignitas. mansuetudo. fides. modestia. continencia. castitas.

Septem sacramenta. Baptismus. confirmacio. eucharistia. penitencia. unctio extrema. ordo. matrimonium.

Tres sunt partes penitencie. contricio confessio et satisfactio.

Sequens opusculum sive epistola intitulatur sic secundum aliquos. Incipiunt gemitus crucifixi beati bernardi abbatis. Et est liber multum utilis pro sacerdotibus.

Reuerende sacerdos et frater. b. ille tuus antiquus et nouus in nouitate uite ambulare. satis scio quod quantum est. quod anhelanti desiderio. quod estuanti intencione gestiat cor tuum intra te. et in meditacione tua exardescet ignis flammigerans in collibus meis. et hoc in signum penitus inuenisti. absenti scripsisti. et per fidelem nuncium detuo iculcando mandasti. ut tibi aliquas scintillulas colligerem exilientes de illo magno camino claritatis uerbi incarnati. Sed quis ego ut presumam os meum in celum ponere. scriptum quippe est. bestia que tetigerit montem lapidabitur. Et rursus altiora te ne quesieris. et qui scrutator est maiestatis opprimetur a gloria.

Cohortor ergo te duobus· supplet vires et quod exigis·
negare tamen formido quidquid requiris· Scio
eum qui dixit· bonum opus nobis in voluntate sit·
Nam ex divino adiutorio erit in perfectione·
Et vires quas imperitia denegat caritas
administrat· Accipe itaque sillabas aliquas ex sacris
litteris passim sparsim conquisitas· in quibus si quid
flagrantie· si quid dulcoris· si quid interni
saporis palato prius cordis degustaveris· nolo michi
attribuas· sed nobilibus illis pigmentariis de quorum
apotecis emendicatum est referas gloriam· Interea tua
ni fallor hec erit explanatio tibi· viris· Auctorita
tibus· et cogimus exemplis· quo vero ipse cum in altari
sit optimus· sit velatus sub specie panis tamen manife
stat in splendore regis scripta· et celestialis claritas·
Scire debes quod scire hoc non est viatoris sed comprehen
soris non exulis in valle ploracionis· sed civis patrie
celestis· non militantis sed triumphantis· Non procedit ad
meritum· sed accedit ad premium· Quamvis enim maior vel
par illi· qui post raptum supra eminenciam tercii celi post
~~asst~~ prospecta archana celestia que non licet homini loqui
dicat· Videmus nunc per speculum in enigmate· tunc autem
facie ad faciem· et item nunc cognosco ex parte· tunc cognos
cam sicut et cognitus sum· Vas ergo eleccionis in quo si oculus gra
cie caligavit· quis se videre presumet· Videamus
tamen interim cum ipso per speculum et in enigmate quod
possumus· et si nondum revelata facie gloriam domini spe
culari sufficimus· nec radium solis directa acie intueri
valeamus· saltem interposita nube radios ipsius aliqualiter illus
trari affectemus et sensus proprii de proposito prima dei gracia
quod possumus exequamur· Pauca igitur dicturi de eadem

sericem tribus tantum capitulis pdistinguimus. Prenotantes tria dona que nobis conferenda ab eterno prouidit dei sapiencia. vel pocius unum donum tribus temporibus ad tres usus confert. Capitulum primum. Quod filius dei dedit se moriens pro nobis. Capitulum ii. Quod dat se nobis in eucharistia. Capitulum iii. Quod dat se nobis in eterna vita. Aue ihesu

Omne datum optimum. et omne donum perfectum. optimum desursum est descendens a patre luminum apud quem non est transmutacio neque vicissitudinis obumbracio. Recia datum optimum quia dator optimus ut enim ait boecius. porro optimus ille summus artifex et ab eo longe est relegata omnis inuidia. Vide ergo quid ipse tibi erogauit. ymmo quid prerogauit. et supererogauit. Creauit cum non esses. recreauit cum perditus esses. Creauit ut esses particeps beatitudinis sue. recreauit ne post lapsum permaneres exsors patrie. et exsors felicitatis eterne. Creauit te ad ymaginem et similitudinem suam. ad ymaginem conferens naturalia. ad similitudinem largiens gratuita. ut mente excelles. et omnia irracionalia racione vinces. Prona quia cum spectent animalia cetera terram. Os tibi sublime tribuit celumque videre. Iussit et erectos ad sydera tollere vultus. Ut semper respiciens sursum creatorem tuum in mente habeas. Et originem tuam recessit ad eam reuocares. Fecit enim te ut dominum ad ymaginem suam et similitudinem dei. Ad ymaginem ut habeas memoriam. intellectum discrecione et cetera naturalia. Ad similitudinem ut habeas innocenciam. iusticiam. et alia gratuita. Ad ymaginem et cognicionem veritatis. Ad similitudinem in amore virtutis. Vel etiam factus es ad ymaginem dei collatis omnibus tibi istis ad similitudinem secundum essenciam deitatis. Factus es immortalis et indiuisibilis. sicut ipse est immortalis et indiuisibilis. Omnis creatura propter te fa

e. Celum ut esset tibi patria. et delectares in aspectu pul-
chritudinis eius. Terra ut pulcherrimos et delectabiles tibi
ferret fructus. Solem et lunam et cetera sidera tibi fecit lumina-
ria. Omnia tibi fecit dedit tibi super volucres celi. et bes-
tias agri. Insuper pisces maris ut omnibus hiis ad libitum
tuum dominareris. Ecce dam optimum et domum perfectam de sin-
su descendens. Nimis ultra debuit tibi facere et non
fecit. Post hec talia et tanta dona es prevaricatus ut ires
in locum pessimum de vita ad mortem. de incorrupcione ad cor-
rupcionem. de libertate ad servitutem. de gloria ad penam.
de innocencia ad culpam. de patria in exilium. de gaudio ad
luctum. de beatitudine ad miseriam. de quiete ad erumpnam.
et qui eras supernorum gemma civium. factus es sibi singularis
demonum qui revelata facie potestatis incessanter perfrui aspectu
desiderabilis cultus divine claritatis in quem desiderant angeli
prospicere. cogeris inde turpia et pudenda videre. Et
secundum prophetam. Qui vestiri debueras cum croceis. amplexatus
es stercora. Denique proscriptus de loco voluptatis. de
paradiso amenitatis. detrusus eis in vallem ploracionis.
et factus es miser ille viator. vel pocius deviator. qui desce-
dit de iherusalem in iericho et incidisti in manus latronum in arbi-
trium malignorum spirituum qui vulneratum eum in naturalibus spoliaverunt
gratuitis et abierunt semivivo relicto immo duplici morte
corporis et anime addicto. et hoc tempus deviacionis tue. Qua-
tuor enim tempora humani generis secundum quatuor tempora pitorum
distinguit industria. Tempus deviacionis. Tempus
revocacionis. Tempus reconsiliacionis. Tempus peregrinacionis.

Tempus deviacionis. Capitulum primum de tempore deviacionis.

Decurrit a lapsu prothoplastorum usque ad tempus Abra-
he qui in fidei signum accepit circumcisionis mandatum
et qui repromissionem gracie primus a domino audivit sibi di-
cente. In semine tuo benedicentur omnes gentes.

Unde apls. Abrahe dce sut pmissiones et semi
eo. no dicit i semib9 quasi i multis. sed quasi
i uno & semi tuo q e xps. Et lucas pro pmo
ewangelia nobis gre d' icarnaoe uerbi dicit
Iusiurandu quod iurauit ad abraha premi
um datum se nobis. Dicit aute deuia
cionis temp9. qr quotqt i eo erant pene
oes deuiabant a via ueritatis. Deu no inuoca
uerut. no erat timor dei ante oculos eor
exceptis paucis videlicet enoch q' raptus e ne
malicia mutaret itellem ei9. & noe q octo aia
b9 saluat9 e i archa ne absorbet' i diluuio

Tempus reuocaois pretensu e ab abraha usq ad aduentu redemptois. Ca^m 2^m d^e p^o de tpe r̃uocaois

In q° tpe fides trinitatis viruit. Iam i pr̃iarchis floruit. In regib9
fructificauit. In pphetis fruct9 maturitatem
fecit. qn nos oriens ex alto visitauit. Et
bene uocat9 e tep9 reuocaois. qr de9 & pr dnj
nri ihu xpi pr misericordiarp & de9 toci9
cosolaois ia cogitauit sup huano gne cogita
tionis pacis. & no afflictionis. Reuocare
disposuit one q pierat. Pr̃iarchas misit.
lege dedit. signis et pdigiis cosuluit. bene
ficiis inhabilib9 subuenit. tande p nimia
caritate q' nos dilexit filiu suu vnigenitu
misit i silitudine carnis absq pcto ut
oes lauaret. & h9 e^e tempus miserendi. et
amor benignitatis Ca^m 3^m d^e p^o d^e te^e rgsiliaois

Tempus rgsiliaois exinc cepit. et sta
tu habuit. quousq patratu e imperiu

me redemptoris. qui immolata illa salutaris hostia nos reconsiliavit de quo dicitur scriptum est. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo et inventus est iustus et in tempore ire iracundie factus est reconsiliacio. Non est inventus similis illi. De quo apostolus rogamus et fungimur pro christo rogamus reconsiliamini deo. Et videtur ab esse cum cepit hoc nomen reconsiliacionis.

Capitulum quintum de primo de tempore peregrinacionis

Tempus peregrinacionis est prius a adventu spiritus sancti usque ad consummacionem seculi. ex quo fidelis etiam cepit recognoscere peregrinacionem suam et suspirare ad patriam. Unde vas eleccionis ingemiscens ait. Quamdiu sumus in hoc mundo peregrinamur a deo. Et david heu michi quia incolatus meus prolongatus est. tamen quia cetum se consolatur. iterum et ait cantabiles michi erant iustificaciones tue in loco peregrinacionis mee. patet in exemplis cur censeatur tempus peregrinacionis. Tempus quatuor tribus distinctis et causis appellacionum assignatis. Intuere o homo tempus tue redempcionis. recordare et respice quomodo redemptus sis. Empti estis ait apostolus precio magno glorificate et portate deum in corpore vestro. Non magno tamen. sed permaximo vendidit te ereptis sub peccati precio vili et despicabili morsu unius pomi. Emptus et redemptus est precio magno et inestimabili morte filii dei. Quid preciosius hoc precio. Quid inestimabilius Ille per quem facta sunt omnia. et sine quo factum est nichil

sinum patris unigenitus. eidem patri consubstancialis
et coeternus. par maiestate. equalis gloria. idem
in essencia. ipsius virtus et sapiencia. Hic talis
et tantus cum in forma dei esset exinaniuit
semetipsum formam serui accipiens de sinu
patris in uallem nostre ploracionis descendens.
in utero puelle se contraxit. Et qui erat in principio
apud deum. factum est verbum abbreuiatum. et vide
quam abbreuiatum. quam incisum quam breue factum. Intra
puelle viscera se clausit ibi sanguineis cibatus
inuolumentis. tedia noue mensium sustinuit. Deinde
in lucem eductus infantiliter vagit. pannis sor-
dentibus more miserie nostre implicitus est. et
fasciis constrictus in presepio ad afflatus brutorum
animalium reclinatus. et in fetentem stabulo iuxta
matris paupertatem deponitur. Quem do-
cet litera. que loquitur lingua. que monstrant
exempla. quempiam nasciturum in humano genere
talis inopie pressura laborasse omnis nutritor
humano lacte nutritur. Sordet in pannis. ne
tu sordeas in peccatis. Constringitur in carne. ut tu
congaudeas in mente. Humiliat se sub manibus sui
serui iohannis in iordane baptizandus. non ut ali-
quas maculas a se abluet. quia ingressus est mun-
dum sine macula qui peccatum non fecit. nec inuen-
tus est dolus in ore eius. sed ut et purificet aquas
et contactu sue mundissime carnis conferret aquis
vim regeneratiuam tuis facinoribus abstergendis.
Mox baptizatus ut et preberet exemplum sanc-
titatis et religiose conuersacionis in desertum

proficiscitur. Ieiunat xl. diebus et xl noctibus nullum
omnino degustans cibum. quod humane infirmitati
penitus impossibile est quam nisi cotidianis fulcimentis
ruinas stomachi resarcire studuerit. detruncto
defectionis subiacebit. Esuriens gradus deus ex volu
ntate potencie. ex necessitate assumpte nature temptacioni
sustinuit a diabolo. de cibi appetitu inordinato temp
tatorem non minus pacienter quam sapienter vicit. Vic
tum et confusum repulit. Tria beneficia tibi o homo in hoc non
contulit. Exemplum humilitatis. formam paciencie. munimen
cautele. Humiliare si temptaris. quia non est maior servus
domino suo. Dominus temptatus est oportet ut tempteris servus
quia temptacio est vita hominis super terram. Quam autem mul
tiplices et subtiles sint demonum temptaciones. Dominus
insinuat petro inquiens. Sathan expetivit vos
ut cribraret sicud triticum. Pacienter fer si temptaris.
cum Nam et dominus temptatorem suum solo imperio in yma infer
ni precipitare potuisset. pacienter tulit et voce superavit.
Cautus esto si temptaris. ne temptator se transfi
gurans in angelum lucis sub specie recti te fallere
possit sicud evam cum dixit. Si de ligno comederitis
eritis sicud dii scientes bonum et malum. Resiste
humiliter. resiste caute. resiste pacienter. Fidelis
est dominus ait scriptura qui non pacietur vos temptari
supra id quod potestis. sed faciet eciam cum temp
tacione proventum ut possitis sustinere. Qui vicerit
inquit faciam illum columpnam in templo meo. Rursumque
ait. Qui vicerit dabo ei edere de ligno vite quod
est in paradiso dei mei. Dulcis promissio. Felix
certamen. bene currenti. beata corona bene certanti.

Tibi g°. o ho̅ teptat). no̅ s°. Tibi vicit no̅ sibi.
t° esuriuit. t° sitiuit. t° lassitudine̅ sustinuit.
ppt° te obprobrius et gmuncius saturat9 est.
ppt° te o̅es passiones suas quas optinit & de
cuit. accepit. Nichil tuo2 dtcium pt° pcom
a se exclusit ¶ Ppt° te multipli- opat9 e̅ sa
lute̅ i medo terre. mortuos suscitando. ce
cos illuiando. surdis auditu̅. clauds gssu.
lepsis mundicia restituendo. & innu̅as alias
uirtutes pficiendo. p opida & castella. p
vicos & plateas cucu̅it euangelisando. verb
& exempl . signis & pdigiis. via̅ vite d̅
monstrando. Et amplig ecia̅ tibi exempla
humilitatf ondet i sepo. Sexto die ang̅ pa
sct°. humlis i humli asello & abiecto iheruso
lima̅ venire & a turbis salutai volut. ut
o̅is sua actio esset tua lco. Et o̅is sua vita
esset tua doctria. A pfido iuda & pdito tradit e̅.
& tm̅ vile maciu̅ p. xxx. denariis vendit9
e̅ ut tu venudat9 sub pcto r̅dep° o̅s accipes.
¶ Sedens i cena cu̅ btis aplis suis pdie q̄
patet°. carne̅ sua̅ dedit ad manducandu̅. & sa
guine̅ suu̅ ad bibendu̅. & t° ideay misteriu̅ fa
ciendu̅ reliquit i sui comemora̅c. ¶ Deiu̅ sur
gens a cena linteo pcinct9 misit aqua̅ i
pelui̅. & se rex angelo2 deposuit ante pe
des humliu̅ serno2 suo2 mundissimis manib9
tange. terge & ablue no̅ dedignat9 e̅ imu̅
dicias pedu̅ ipo2 q eis d̅ luto plata2um
adheserunt ¶ Et ideay exemplu̅ reliquit

tibi dicens. Si ego lavi vobis pedes. dominus et
magister vester. et vos debetis alter alterius lavare
pedes. Unde superbis igitur terra et cinis putredo
et vermis. Quid putridum membrum erigis te
super caput. ipsis angelicis sublimitatibus timendum. ¶ Deinde dominus in oracione constitutus pre angustia
spiritus sui totus sudore sanguineo inmaduit. Ibi
captus et tentus ad tribunal iudicis ductus est.
Et cum multi falsi testes contra eum procederent
et in multis mendaciis accusarent. ipse tamquam agnus
innocens qui ad victimam ducitur obmutuit
et non aperuit os suum tamquam homo non audiens
et non habens in ore suo redargutiones. Ibi conspuerunt faciem dulcis Jhesu. colaphis eum cedebant. et alapas in caput eius [illegible]
dederunt. Inde ad columpnam vinctus flagellis
crudeliter ceditur. carne per nodis flagellorum
in tumorem surgente et in livores se vertente
sanguine guttatim de plagis in terram currente. Inde spinarum punctionibus capud undique
cruentatur. et in ludibrium ipsius contra naturam
ipsius inseritur. coccinea clamide amictus
tamquam infatuatus irridetur. ¶ Pia loquor. hic
totus homo contremiscere. timore obrigescere. merito et
pallescere. pugnis pectus contundere. fletibus
totam animam effundere. compatere pacienti. Ad mortem
ducitur ut educaris de morte. Ducitur [illegible]
lampe. Ducitur agnum immolandum. Et anga

riant ut gravia crucem propriis humeris baiulet. & ad lo
cum sue passionis deferat. Non reclamat. non remur
murat. non contradicit obsequitur tortoribus. Imaginare
hic o dulcis. quanta qualia. & quanto precio redemptus es. non corrup
tibilibus auro vel argento redemptus es. Simplex
mors redemptoris. creatoris. plasmatoris tui non
sufficit ut tu remaneas. Vide modum mortis. attende
de qualitate moriendi ut attendas quid debeas
morienti. Ecce dominus moritur. iustus. In cruce distendi
tur. membra distrahuntur. Dorsum adhuc plagosum
de recentibus plagis flagellorum recenti adhuc san
guine stillans rigido patibulo crucis atteritur.
manus & pedes effodiuntur. clavis malleis immittuntur.
& quanto alcius clavi penetrant. tanto amplius plagas
pre grossitudine dilacerant & passionem aggravant.
Sicienti ori fel aceto mixto infunditur. Vinum mir
ratum additur. Agitant ministri demonis capita
sua insultantes dolori pendentis. Si filius dei est
inquiunt descendat nunc de cruce & credimus ei.
ac si dicant non adiciat ut resurgat. tanto enim
turpitudo & pena ligit. ¶ Dulcissime piissime
redemptor animam tuam tristissimam tradis in mortem.
ut meam miseram animam vivifices a morte.
Nec hiis contenti lancee impressum adhuc lancea
latus perforant. & latus hoc sanguis redundare
unda hoc manare cogit. O anima quid agis.
Quis dabit aquam capiti tuo. & fontem lacrimarum
oculis tuis. ut satis plangere ut satis flere possis in
fectum presentem tuum. Iste fasciculus mirre sit dilectus me
us. & non tantum fasciculus. sed universum pondus amaritudinum
comparare pacienti ut mereamini redemptorem. Esto colum
ba in foraminibus petre. in caverna macerie. pro solamine.

perfora pedes. Immola latus lateri. Nichil horum
ipse intactum relinquas. Singula membra compassionis
amaritudine perfundas. Ecce precium redempcionis
tue o homo redempte. Ecce qualis hostia victimatur
pro tua culpa. pro purgacione tua. Sed quare necessitate
ista protulit. Qua indigencia tociens sanguinem
suum fudit. Legitur enim quinquies perfusionem san-
guinis effusione. quod hic breviloquo ex-
primere medicamen non inutile. Quinque vices
et quinque modis est christus cruentatus. Circumcisio.
Sanguineus sudor. flagellacio. spinea corona. quinque
vulneribus manuum pedumque. Tam miram pro redempcione
hominum protulit quam solius maiestatis imperio potuisset
redimere potuit. Audi o homo necessitatem tuam
et non suam. protoplastus culpa piaculare facinus purgandum
deo commisit. quod expiari sine hostie oblacione
non potuit. primus homo puram hostiam offerri non
valuit quia per contagio peccati immundus esse constitit.
Nec simplex deus. nec angelus immolari debuit.
quoniam et hic natura et illic gracia impassibile exhi-
buit. Irracionalis creatura non sufficeret tante
rei magnitudinem. Unde oportuit ut deus et homo
fieret hostia. Deus propter potenciam liberandi.
homo propter sufficienciam immolandi. homo propter indigenciam.
Oblatus est gratis quia apud ipsum propiciacio est et copio-
sa apud eum redempcio. Oblatus est quia sic decrevit
propter quod erga hominem inestimabilis dileccio. Oblatus
est quia ipse voluit. Oblatus est quia sic homo indi-
guit. O homo quid ergo libras domino pro omnibus que re-
tribuit tibi. Solam dileccionem exigit. Sola
dileccio ei sufficit. Quare diligentem te non

nō diligis. Diligamꝰ eū qui ipē prior dilexit
nos. vis audire modū dilecc͠ois eꝰ. vis nosce effcm.
Sic deꝰ dilexit mundū. vt filiū suū vnigeni
tū daret. ꝓprio filio suo nō pepcit deꝰ. sed ꝑ nob
oīb⁹ tradidit illū. Audi ipm̄ filiū. Maiorē inquit
hanc dilc͠oēz nemo hꝫ vt aīam suam ponat quis
pro amicis suis. Dilige g° o hō tm̄ dilcorem.
Dilige eū nō tm̄ verbo ꝛ lingua. sed ope ꝛ vi
tate. Dilige eū ex toto corde tuo ꝛ ex tota aīa
tua. Ex totis virib⁹ tuis. ꝛ ex oī mētē tua.
Dic diligā te dn̄e fortitudo mea. dn̄e fir
mamentū meū ꝛ refugiū meū ꝛ liberator
meꝰ. Dē libator. qr libasti me pauperem
a potente ꝛ i ope cū nō erat adiutor ꝛ libe
rasti aīam meā a ꝑdicione. Ecce datū optim
d° q° ꝓmissū ē i exordio hꝰ cali. De q° ysaias
Puer natꝰ ē nob ꝛ filiꝰ datꝰ ē nob. Et alibi
Quomō eciā cū illo nō oīa donauit nob deus. si
donauit cū nob q ē oīa i oīb⁹. donauit pcul du
bio oīa nob cū illo. Si g° datꝰ ē nobis vtam da
to taq° nr̄o. Ne demꝰ alienis honorē nostrum
ꝛ annos nr̄os crudeli. ꝛ hec d° pmo caplō tractatꝰ

Quid datꝰ ē nobis Sepsit deū ihs
Quem primo i redēp̄oīs
Quem p nō cessat

Secundū capitulum principale q filiꝰ dei dat se nobis i eucharistia

se nob dare cotidie i viaticū. pmo passi. ꝛ pas
sionib⁹ expositꝰ. nūc i pat̄e ꝛ glā ꝛ honore corona
tꝰ. Tunc hō mortalis. nūc hō victor mortis. Tūc
paulominꝰ ab angel minoratꝰ. nūc s angel oīb⁹
sublimatꝰ. Tanto melior aūt aplūs angel effcs
quāto differenciꝰ pre illis nomē hereditauit. Cui enim
aliqn angelorū dixit pr̄. filiꝰ meꝰ es tu ego
hodie genui te. Et rursū ego ero illi i prem
et ipē erit mi i filiū. Et rursū cū itroducit

primogenitum in orbe terre. dicit Et adorent eum omnes
angeli dei. In hoc loco dilecte dei sacerdos. quia videre
in maxime consiste summa desiderii tui precipue illustri-
alicuius claritate illa quam habet verbum incarnatum post
glorificacionem humanitatis assumpte. Cupio satisfacere
voto tuo et velle adiaciat in perficere autem ego me
non invenio. nisi ille det qui dat omnibus habundanter
et non improperat. quod gratia dare dignabitur. in quidem
scribere pigritum non erit. tibi autem necessarium. Primo
advertere quod scriptum est. Deus habitat lucem inaccessibilem
Et rursum. Deus noster ignis consumens est. Quod utique
dictum est de divina essencia in qua pater unum est cum
filio et spiritu sancto. quia in illa trinitate nichil prius
aut posterius nichil maius aut minus. sed tote tres
persone coeterne et coequales sibi sunt. Pater et filius
ego et pater unum sumus. Si igitur unum sunt habitant
eandem lucem inaccessibilem. sunt idem ignis ~~consumens~~
consumens eadem claritas. eadem potencia. eadem
sapiencia. eadem maiestas. eadem eternitas.
Est igitur filius a patre deus de deo. lumen de lumine. deus ^deus
verus de deo vero. Est utique splendor paterne
glorie teste apostolo. Qui cum sit splendor glorie
et figura substancie eius. haut dubium quin paternus. Splen-
det itaque filius eque ut pater. immo idem splendor
filius qui pater. Sufficiunt ne ista tibi testimonia de clari-
tate filii aut fortasse dices te magis desiderare tibi
declarari claritatem eius prout deus est et homo. Fiet in hac
parte ipsius opitulante gratia decreit testimonia.
Primo te monitum esse volo ne estimes offuscatam
verbi claritatem per assumptam in deo humanitatem.
Audi quid scriptum est. Deus assumpsit humana. non

reliquit diuina. assumpsit quod non erat. manens quod
erat. Angelus ad mariam ait. Spiritus sanctus superue-
niet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi.
Cuius dei intelligencia est. Spiritus sanctus operabitur
in te terminacionem verbi incarnandi. separando a car-
ne tua peccaminosa que manabit. et diuine essencie
in vnitate persone copulabit. Verum quia obum-
bracio altissimi virtutis est. Non hoc minimum pa-
rua. Caro virginis nisi quadam latere operacione
obumbrata fuisset. Splendorem tante maiestatis
sine sui consumpcione vtique virgo nequaquam posset ferre.
Vnde dominus ad moysen. Non videbit me homo super terram
et viuet. Ac si diceret. Tante sum in diuina claritatis
quod homo constitutus in mortali carne videre me nequaquam potest
absque sui consumpcione. Inde est quod cum moyses in multa
instancia domino supplicaret dicens. Domine ostende te
ipsum mihi. ait. Sta in foramine petre et cum pertransiero
videbis posteriora mea faciem autem meam
videre non poteris. Hoc ait per faciem designans
diuinitatem per posteriora humanitatem. Quam tamen
moyses corporali intuitu non vidit sed posteris
non videnda reliquit. ¶ Exemplariter quod
cognoscitur. quod gloriosa caro christi que in altari
conficitur. et fidelibus in viaticum distribuitur. igne diui-
ni ardoris clarificatur. sicut clarissima purpura
candidissimam lanam inficit totam. et totam in suum co-
lorem transire cogit. et quemadmodum anima totum corpus
animat. vegetat. et vnificat. sicut et ignis ferrum
transuerberans ignitum reddit candoremque
suum et calorem. conferens ipsum scintillare. flam-
mescere et vrere quasi naturam suam facit. Sic deus hominem
sibi vnitum deificat. et super omnem creaturam.
exaltatum puritatis omnipotencie et deitatis pro-

gratina secu glorificat. Filius de seipso testimoniu
perhibet dicens. Ego lux veni in mundu. Et dilex
dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Et iter
ego sum lux mundi. Johannes de ipso expresse loquitur
testimonis. Erat lux vera que illuminat omnem hominem veni
entem in hunc mundum. Ad patrem quidem ante passionem
orans. locutus est filius dicens. Clarifica me pater
apud temetipsum claritate quam habui priusquam mundus
fieret. Et iterum et clarificavi et iterum clarificabo.
Quid clarius. Quid manifestius. Quid evidentius
Ex evangelio collige claritatem quam nec habet de ipso
secundum hominem clarificatus. Cum appropinquaret tempus quo
transiturus erat de hoc mundo ad patrem assumpsit
petrum et iohannem et iacobum et ascendit super montem
thabor. et transfiguratus est ante eos. Et splendida est
facta facies eius sicut sol. et vestimenta eius sicut nix
qualia fullo non potest facere super terram. Et apparentibus
moyse et helya cum eo venerunt claritatem eorum discipuli sus
ferre fulgorem non poterant. Sed timentes valde
de et consternati animus quasi exanimes lapsi sunt super
terram. Si igitur tanti in bonis tam radiosi sple
doris hominibus obtutibus tam importabilis claritas
apparere dignatus est. corpore adhuc mortalitati obnoxio
et membris corruptibilibus. Quanta ... claritatem
tate iam debemus credere filio dei in forma hominis
assumpti. iam glorificatum. Jam super celos celorum ex
altatum. Jam habentem nomen quod est super omne nomen.
Ita ut in nomine eius omne genu flectatur. celestium terres
trium et infernorum. Jam constituto in die virtutis sue in
splendoribus sanctorum. Ubi pater in aequalitate et coniunctione
thesaurizabat. ait. Ante luciferum genuit te. Ibi
veraciter lucet in die virtutis sue. in die eternitatis sue

Hanc nimirum diem nulla nox interpolat. nulla in-
terrumpit obscuritas. nulla caligo sequestrat. Ibi
cedat abysso lumen. Ibi inclusum pelagus claritatis
Ibi ipse xps tamquam sol infulget in clipeos au-
reos et resplendent montes ab eo. Ibi illus-
trantur sancti ab eo. Unde propheta. Illuminans
tu a montibus eternis. Et rursum scriptum est
In conspectu tuo domine lumen est quod numquam defici-
et ibi requiescunt ac stozp. Et iterum. Stirpe
virum lumine et ammirabile illustrans luce eius qui per-
manserunt in agone certaminis recipiunt a xpo sple-
dorem septempliciter in quo assidue felices letantur.
Ecce quot et quanta consona testimonia de illa beata
et celestia claritate in qua xps est. unde quia xps
est qui neque minui. augeri non potest. quia immensa. quia
eterna est. quia exsuperat omnem sensum. quia omne
cogitamen excedit. omnem estimationem supergre-
ditur. et homo accedit ad cor altum. et incompre-
hensibilis in sua claritate exaltabitur deus. Semper
eadem manet claritas in nullo accessu assumit
augmentum et nullo decessu patitur detrimen-
tum. non decrevit per assumptum hominem. non magis
excellunt in deo per glorificationem hominem. Quod
manifestat propheta dicens. Tu autem idem ipse
es et anni tui non deficient. Albicat quoque
